

per regnum Arelatense et Galliam archicancellario, patruo et principi nostro karissimo, suisque successoribus et ecclesie Treverensi graciose concedimus in hiis scriptis volentes et statuantes, quod omnes . . . suisve officialibus et iudicibus sibi subditis . . . ad illorum requisicionem . . . unitatem, inhibentes universis et singulis nostris et sacri imperii fidelibus, ne quis taliter excommunicatis et proscriptis quovis communionis genere participet ullo modo, ut hominum suffragio ipsis subtracto celerius ad sancte matris ecclesie gremium et nostram ac sacri imperii gratiam redire festinent. Nulli¹ . . . nostrarum concessionis, statuti, voluntatis et inhibitionis paginam . . . necnon quinquaginta marcarum . . . incurrisse.

*K 56 XII: Item eidem archiepiscopo suisque successoribus . . . suisve successoribus seu eorum officialibus . . . fuerint, per ipsos archiepiscopos vel magistros curie eorundem pro tempore proscribantur . . . banno imperiali, quod vulgariter dicitur 'in dy' . . . subtracto eo celerius . . . festinent.

K 76 XII: Item eidem . . . dicitur '*die achte' . . . festinent.

XV. Lehnrechtsstatut.

K 46 XV: (1) Item statuto perpetuo sanctimus, ut dicte Treverensis ecclesie vasalli, cuiuscumque status vel preeminentie extiterint, feoda sua infra annum et diem a dicte ecclesie archiepiscopo ipso in sua provincia existente legitime recipere teneantur, et quod nullus vasallorum huiusmodi absque expresse consensu ipsius archiepiscopi feoda ab ipso et Treverensi ecclesia descendencia titulo pignoris aut alio quovis modo presumat alienare in aliumve transferre; alioquin tam non suscipiens infra annum, ut prefertur, quam alienans et alienatum recipiens a iure feodi cadant et feodum ad dominum ipso facto libere revertatur.

(2) Item iuxta communes observantias seu consuetudines imperii super feodis hactenus communiter observatas statuimus et ordinamus, quod omnia feoda sive simplicia sive castrensia a predicto archiepiscopo et eius ecclesia dependencia, si ea obtinentes sine heredibus legitimis decesserint, ad ipsum et predictam suam ecclesiam tamquam vacancia libere devolvantur, quodque huiusmodi feoda tamquam dicte ecclesie vacancia dictus

1) Pönformel B 1.